ſit niſi Aquilonibus. Sic ille. quo in loco longè aliam rem quàm ſupradictam, eodē floris ſalis nomine appellat, ipſius videlicet ſalis, qui vel è mari fit, vel è ſalinis excoquitur, ſummã, albiſsimam leuiſsimamq́ʒ partẽ: qualis nimirum Aquilone vento ſicco ſpirante, naſci & colligi poteſt: auſtrina & humida conſtitutione non poteſt, vt ne prorſus quidem ſal vllus, (circa mare nimirũ & maritima ſtagna,) Auſtro flante naſcitur. Porrò quod eodem in loco de ſale in genere ſcribit Plinius, ſuauiſsimum omnium eſſe Tarentinum atqʒ candidiſsimum: & fragilem eſſe, quicunqʒ maximè candidus ſit: hoc ego etiam ad florem ſalis traxerim & accommodârim. Flos ſalis enim præ cætero ſuauis, candidus atqʒ fragilis eſt. Quare cum Tarentinus, & Phrygius ſiue Tattæus, qui è ſtagnis fiunt, à medicis olim laudati ſint in primis, tanquam oculis vtiles, (ceu minus acres nimirum) ſalis flore

corum